41 Uxor quando possit, vel non, irritare vota mariti, & maritus vota uxoris. Vide *verb.* votum *art.* 4. d. n. 45. ad 49.

42 Uxor transiens ad secundas nuptias privatur tutela filiorum prioris Matrimonii, textu expresso in l. Martres 2. *Cod. Quando mulier tutela officio fungi potest*; ibi Nam si maluit alia optare Matrimonia, tutelam administrare non debent; & concordat *Authent. Sacramentum, & l. Si Pater 3. Cod. eod.*

43 Item perdit etiam curatellam eorum; l. Quod si nolit 31. §. 14. ff. de *Edilitio Edicto.* Vide *verb.* Nuptiae n. 18. & 19. (*verb.* Tutor, pag. 105.)

44 Immo uxor transiens ad secundas nuptias amittit quidquid a priori marito praedefuncto donatione, testamento, aut quomodocumque acquisivit, & transfert quoad proprietatem ad filios prioris Matrimonii, retento sibi solo Usufructu, textu expresso in l. Reemina 3. C. de *secundis nuptiis*; ibi: Reeminae quo susceptae ex priore Matrimonio filii ad secundas post tempus ludi statutum transierint nuptias, quidquid ex facultatibus priorum Maritorum sponsalium jure, quidquid etiam nuptiarum solemnitate perceperint, aut quidquid mortis causa donationibus factis, aut testamento jure directo, aut fidei commissis, vel legati titulo, vel cujuslibet munificae liberalitatis premio ex bonis, ut dictum est, priorum Maritorum fuerint adhaerere, id totum ita ut perceperint, integrum ad filios, quos ex praecedente conjugio habuerint transmittant. Atque habeant potestatem possidendi tantum, atque fruendi in diem vitae, non etiam alienandi facultate concessa. Et concordat lex Hac editalis 6. §. 6. 1. *Cod. eod. de iudicia viduitate*; & *Authent. De nuptiis*, §. Si vero expectes, *collat.* 3. & tenent Sanchez de *Matrimon. lib.* 7. *disp.* 88. *num.* 2. Joannes Angelus Bossius de *Matrimon. contract. cap.* 11. *num.* 257. Rosignolus in *altis de matrimonio, controversias contract. 15. de Matrimon. IV. praenot. 5. num.* 13. & *seq.* Busemb. & La

La Croix *lib.* 3. *part.* 2. *num.* 1163. & alii passim.

45 Et si talis uxor transeat ad secundas nuptias elapso anno luctus, amittit insuper etiam usufructum. Sic Baldus l. 1. *num.* 6. *Cod. de secundis nuptiis*, Surdus de *aliments* *tit.* 7. q. 23. n. 14. Sanchez de *Matrim. lib.* 7. *disp.* 87. n. 10. Joannes Angelus Bossius *loc. cit.* n. 266. Rosignol. *loc. cit. praenotat.* 3. *num.* 25. & alii. Et ratio est, quia major est culpa transitus ad secundas nuptias durante anno luctus, quam ipso jam elapso, ut clare patet *ex lib.* 1. *Cod. de secundis nuptiis*; & *Authent. de secundis nuptiis*. §. Prima siquidem *collat.* 4. ubi uxor transiens ad secundas nuptias durante anno luctus incurrit infamiam juris, quam non incurrit uxor transiens ad secundas nuptias anno luctus jam elapso: ergo si uxor cum transit ad secundas nuptias jam elapso anno luctus, ubi est minor culpa, privatur sola proprietate, referendo usufructu, cum transit ad secundas nuptias durante anno luctus, ubi est major culpa, privanda est non solum proprietate, sed etiam Usufructu.

46 Cum pro dote uxoris nondum soluta a Socero accipit maritus in pignus fundum fructiferum, cujus annui fructus superexcedunt interesse, quod juste exigere potuisset dictus maritus ratione dotis, tunc ille excessus fructuum super interesse dotis est restituendus socero, seu ejus haeredibus, vel computandus est in sortem. Sic Baldus in l. Cum quidam 31. §. 2. *Cod. de jure dotium*, Alexander in l. In insulam 42. §. 2. ff. *Solutio Matrimonii*, Lupus de *Uris* in l. Curabit §. *Cod. de actionibus empti*; Rosignolus de *contract. contr.* 3. *de mutuo disquisit.* 5. *num.* 2. & 3. Et ratio est, quia fructus pignoris respectu mariti pignoratitii est ad supplementum defectum fructuum, quos perciperet a dote, si ipsam habuisset, ut de se patet: ergo non debet extendi ultra valorem fructuum a dote percipiendorum. Cessante enim fine, ratione, & causa concessionis, cessare debet & ipsa concessio, *cap.* Cum cessante 60. *de appellat. l. Adigere* 6. §. 2. ff. *de jure patronatus*, & restricta causa restringi debet & effectus, quem respicit eadem causa; l. In agris 16. ff. *de acquirendo rerum dominio*, cum ratio concessionis, & legis sit anima ipsius concessionis, & legis, l. Cum ratio 7. ff. *de bonis damnat.* adeoque &c.

47 Uxor an possit sibi eligere sepulturam, & si non elegerit, ubi sit sepelienda? Vide *verb.* Sepultura d. n. 73. ad 80.

48 Uxoris soror improprie dicitur cognata, sicuti etiam uxoris frater improprie dicitur cognatus, textu expresso

in *cap.* Quod autem 5. *caus.* 35. q. 5. ibi: Quod autem frater, sorore uxoris tuae cognati tui dicuntur, aequivoce, quod non est, & necessitate vulgaris appellationis potius quam ulla causa cognationis. Et concordat *cap.* Primo gradu 6. *eodem caus.* & *quest.* ubi assignantur nomina graduum superiorum, sive inferiorum, sive ex latere venientium. Vide *ibid.* ubi fuse de omnibus.

49 Uxor, sicut & maritus, si in extrema necessitate baptizaret proprium filium, non impediretur debitorum petere, textu expresso in *cap.* Ad limina 7. *caus.* 30. *quest.* 1.

50 Nec uxor, & maritus peccant, si simul suscipiant, vel teneant alienum puerum in Baptismo, nec prohibentur sibi debitum reddere: solo enim jure antiquo hoc erat eis vetitum propter cognationem spiritualem, quam tunc contrahebant; quae cum modo sublata sit a Concilio Tridentino *sess.* 24. *de reformat. Matrimonii*, non videtur quo jure prohiberentur tenere. Navar. in *Manual. cap.* 22. *num.* 36. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 57. *num.* 5. Barbosa de *Offic. & potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 30. *num.* 57. & alii passim. Sanctus enim Pius V. constituit. *incip.* Cum illius vicem: declaravit Patrimonium, & Matrimonium non contrahere inter se cognationem, nec impediri inter se conjugii.

51 Uxor pragnans crebras, & numerosas choreas ducens cum agitatione, ob periculum, in quod injicit seipsam, & fetum, regulariter non eximitur a peccato gravi. Vide *verb.* Mater n. 12.

52 Uxor notorie adultera cum solo consensu viri non potest Religionem ingredi. Sac. Congr. Episc. & Reg. in *Romana, seu Florentina Professionum* 16. *Febr.* 1704. Ponente Card. S. Clementis apud Ursayam in *tom.* 2. *part.* 5. *discept.* 24.

53 Uxor inscio, & invito marito regulariter loquendo non potest exponere ludo bona ejusdem mariti, nec bona dotalia, & communia; & si exponat, & amittat, sunt a Victore restituenda. Vid. *verb.* Ludus n. 32.

54 Et si exponendo ludo talia bona, quae ignorante collosore alienare non potest, notabilem summam lucretur, tenetur eam restituere. Secus autem, si collosor fuerit conscius. Vide *ibid.* n. 33.

55 Uxor potest similia bona moderate ludo exponere inconsulto, & etiam irrationabiliter invito marito in pluribus casibus, qui assignantur. Vid. *ibid.* n. 34.

56 Uxor potest de Jure communi ludo exponere, inconsulto, & invito marito, bona sua patrimonialia non data in dotem, & bona paraphernalia. Vid. *ibid.* n. 35. Su-

De bonis, constante matrimonio, multiplicatis mulier post mortem mariti, proinde ac de aliis propriis aliunde adquisitis, disponendi habet facultatem: ita ut filiis neque eorum proprietatem neque usufructum reservare teneatur (1): quae quidem proprie intelliguntur praeter quae quisque ex conjugibus justificaverit ad se expectare (2), sive ex patre, matre, propinquo, amico (3), aut aliter provenientia, acquisita, exceptis eorum fructibus, qui abs dubio communicantur (4), dummodo non contrahatur matrimonium juxta forum vulgo del Baylio (5): Quamobrem ad secundas nuptias mulier transiens, elapso anno luctus vel intra eum, tenetur reservare filiis prioris matrimonii proprietatem bonorum a defuncto marito dimanantium, non tamen usufructum (6), ut asserit A. nulla culpa ei imputare potest cui jure suo uti lex permittit, facultatem viduis nuptias intra annum luctus contrahendi dispensando (7): quare quocumque in tempore contraxerit, de sola proprietate fit reservatio.

(1) Vid. *verb.* Nuptiae, in fine.

(2) L. 6. *tit.* 9. *lib.* 5. Mandamos, que el marido, y la muger, sueltos el matrimonio, aunque case segunda ó tercera vez, ó mas, puedan disponer libremente de los bienes multiplicados durante el primero, segundo, ó tercero matrimonio, aunque haya habido hijos: como de los otros sus bienes propios, que no hubiesen sido de ganancia, sin ser obligados a reservar a los tales hijos propiedad, ni usufructo de los tales bienes.

(3) L. 1. *ejusd.* Ibi. Que los bienes que han marido y muger son de ambos por medio, salvo los que probare cada uno que son suyos apartadamente.

(4) L. 3. *ejusd.* Si el marido alguna cosa ganare de herencia de padre, ó de madre, ó de otro propinquo, ó donadio de Señor, ó de pariente, ó de amigo: hagalo todo quanto ganare por suyo: esto que he dicho es de uso de las ganancias de los maridos, y eso mismo sea de las mugeres.

(5) Ferras, *Biblioth.* *Tom.* IX.

(6) Pp

(7) L. 4. *ejusd.* Maguer que el marido haya mas que la muger, ó la muger mas que el marido, quier en heredad, quier en mueble, los frutos sean comunes de ambos; y la heredad, y las otras cosas do vienen los frutos hayalas el marido, ó la muger, cuyas ántes eran, ó sus herederos.

(8) Vid. *verb.* Bona, *verb.* Nuptiae.

(9) L. 26. *tit.* 13. *p.* 5. Marido de alguna muger fiando, si casase ella despues con otro, las arras é las donaciones, que el marido finado le hobiese dado en salvo, fincan á sus hijos del primer marido, é deben las cobrar, é haber despues de la muerte de su madre. L. 4. *tit.* 1. *lib.* 5. en todos los casos que las mugeres casando segunda vez son obligadas á reservar á los hijos del primer matrimonio la propiedad de lo que hubieren del primer marido, ó heredasen de los hijos del primer matrimonio:

- 55 Super extractione Clerici conjugati facta ad formam Bullae causa uxoricidii cum propinatione veneni, & pretensa qualitate proditionis, inungitur Episcopo, ut perficiat processum & transmittat, & interim caute custodiat; Sacra Cong. Immun. in Ostunen. 23. Febr. 1696. lib. 1. Decretal. Vall. pag. 172.
- 56 Uxores Clericorum conjugatorum gaudent privilegio fori, & aliis exemptionibus competentibus suis maritis durante illorum vita. Sacra Congreg. Immunit. in Meliten. 20. Novemb. 1640. lib. 3. Decret. Paul. pag. 134. In Oppiden. 18. Julii 1662. lib. Decret. Rocci pag. 415. In Bisignanen. 18. Novemb. 1653. lib. 5. Decret. Paul. pag. 24.
- 57 Uxores Clericorum conjugatorum gaudent privilegio fori, tam in civilibus, quam in criminalibus, ita ut nequeant carcerari, nec personaliter adstringi à iudice laico; non autem gaudent exemptione à gabellis, nisi adsit consuetudo, durante tamen vita Clericorum, & cohabitatione cum ipsis; Sacra Cong. Immun. in Ne-riton. 17. Januarii 1628. lib. 1. Decretal. Paul. pag. 80. in Meliten. 11. Januar. 1633. lib. 2. Decretal. Paul. pag. 147.
- 58 Uxores Clericorum conjugatorum, & oblatorum habentium qualitates requisitas gaudent privilegiis, quibus gaudent eorum mariti, vita istorum durante. Sacra Cong. Immun. in Baren. 22. Septemb. 1648. lib. 4. Decretal. Paul. pag. 59.
- 59 Uxores Clericorum Graecorum gaudent Immunitatibus, exemptionibus, & privilegiis, quibus gaudent ipsi Clerici, durante vita ipsorum Clericorum. Sacra Cong. Immun. in una Regni Neapolitani 18. Februarii 1637. lib. 2. Decret. Paul. pag. 96.
- 60 Uxores, & filii Clericorum Albanensium viventibus patribus gaudent privilegio fori, & exemptionum ipsis patribus competentium; mortuo vero patre gaudent, si concurrat consuetudo; Sacra Cong. Immun. in Rossanen. 27. Maji 1654. lib. 5. Decret. Paul. pag. 42. & 4. Septemb. 1654. lib. Decret. Rocci pag. 32.
- 61 Uxores Diaconorum Salvaticorum gaudent privilegio, & exemptionibus competentibus suis maritis durante eorum vita. Sacra Cong. Immun. in Meliten. 20. Novemb. 1640. lib. 3. Decret. Paul. pag. 154. seu pro tempore, quo eorum mariti sunt Diaconi Salvatici. In Hydracene. Julii 1645. ibi pag. 254.
- 62 Uxor Cursoris Nuntiaturae non gaudet privilegio fori. Sac. Cong. Immun. in Florentina 15. Decemb. 1676. lib. 1. Decret. Altovii. pag. 1316.
- 63 Causam uxoris Fiscalis Curiae Episcopalis cognoscit Episcopus. Sac. Cong. Immun. in Fanen. 22. Jun. 1655. lib. 5. Decret. Paul. pag. 67. & 2.
- 64 Contra uxorem, quae blande extrahens Maritum è loco Immuni Birruariis ab ipsa vocatis tradiderat, Episcopus procedat sua auctoritate ordinaria. Sacra Congreg. in Camerinen. 13. Maji 1698. lib. 2. Decret. Vall. pag. 153.
- 65 Uxorem, quae occidit proprium maritum dormientem, & postea confugit ad Ecclesiam, Episcopus tradat Curiae seculari. Sac. Cong. Immun. in Cremon. 27. Decemb. 1626. lib. Scripturarum veterum pag. 77.
- 66 Hic juvat ad eruditionem adducere quae de uxore, muliere, seu femina habet D. Ursaya in miscellaneo sacro, & profano 1. & 2. lit. F, M, & V, ac in Inst. Crimin.
- 67 *Pessima res uxor, poterit tamen utilis esse, Si brevieri moriens dat tibi quiddam habet.*
- 68 *Ducere si quam vis, teneat P. quinque puella, Sit Pia, sit Prudens, Pulchra, Pudica, Potens.*
- 69 *Urerit uxorem duas, non expedit uri;*

¶ Cum Clerici conjugati, etiamsi requisitis à Sacro Tridentino Concilio ornati inventantur (1), privilegio fori non gaudeant, nisi in criminalibus (2); non videntur, cur uxores eorum in civilibus, si ad eas extendi potest privilegium, eo fruantur.
 ¶ 2. Eo quod officium Fiscalis Episcopali in Curia Clerico in Sacris constituto debet inesse (3); super uxoris privilegio hic detineri, rediculum erit.

(1) Vid. verb. Clericus. (2) Vid. proxime. (3) Vid. verb. Accusare, qui possunt.

- ¶ *Egre formosam poterit versare puellam: Non nullum Nunc peccet, nec auro forma perita ruit.*
- 89 *Femina molle genus, turpes prociotos ad altum, utinam Ni vis sit castus ni pudor, atque metus.*
- 90 *Femina suum retinet morem, semper hominem expellit à paradiso. Card. Bona in manducal. ad colum. c. 5. §. 3. in fine.*
- 91 *Feminas videre malum est, alloqui pejus, tangere pessimum. S. Augustinus apud Ursayam loc. cit. numer. 128.*
- 92 *Femina vox in hominibus solet esse mali hominis indicium, ex animadversis per Farinac. quest. 116. num. 170. ubi monet cavendum esse ab ipsis, quia ipse non semel, sed pluries ab hujus qualitate hominibus fuit proditus. Ego tamen cum Raym. tom. 1. cap. 2. §. 5. in fine, crederem id non esse generaliter verum, sed neque etiam generaliter falsum.*
- 93 *Uxor, quando est pulchra, auferit nomen domus marito, quia dicitur, eam ad domum domine Tenerinae, non autem ad domum domini Bonhomii ejus mariti observat Nevizan. in Silva nupt. lib. 2. verb. diviti non est nubendum num. 86. & Ursaya Instit. Crimin. l. 4. tit. 1. num. 85.*
- 94 *Uxor uxorem maritum de manu Curiae, & maritus uxorem, non dicitur committere crimen laesae Majestatis; unde debet puniri sola poena extraordinaria. Concil. Allegat. forens. 87. per tot. Guazzo de defens. Reorum defens. 5. Ursaya loc. cit. lib. 2. tit. 1. num. 136. & sequent.*
- 95 *Privilegia mulierum inhonestarum referuntur ab Ursaya loc. cit. lib. 2. tit. 7. num. 18. Rayn. 1. 3. cap. 20. §. 1. num. 21. & seq. & Secretaria Apollinis fol. 456. ac si eisdem ab eodem Apolline concessa essent, cum sequentibus verbis: Adhibere determinato de concedendi aliqui privilegio, i quali agevolando le vostre fatiche, potranno rendere meno fallaci le vostre arti, & sono questi di poter rubare senza obbligo di restituzione; di fingere, dissimulare; di non dir mai la verita; di godere senza amarezza; di piangere quando volete; di trasformarvi quando vi pare; di chiedere senza discrezione; di togliere senza pietà; di celare l'odio sotto le lusinghe; di strappare le vostri Amanti; & finalmente di vendicarsi insensibilmente dell'ingurie, che vi fanno, facendoli restar pezzati nella testa, e nella borsa nel termine di quaranta giorni.*
- 96 *De quibus praesertim verificatur celebre Alphabetum Sancti Antonini Archiepiscopi Florentini in 3. part. tit. 1. cap. 24. id est, Avidum animal, Bestiale Batratum, Concupiscentia carnis, Damnosum duellum, Astuans astus, Falsa fides, Gatrullum guttur, Herinnis harmata, Invidiosus ingens, Kalumniarum kaos, Lepida lues, Monstruosum mendacium, Naufragium nutrix, Opifex odii, Prima peccatrix, Quatiens quassatio, Ruina regnorum, Silva superbia, Truculenta tyrannus, Vanitas vanitatum, Xantia Xersis, Idolorum Imago, Zelus zelotypus.*
- 97 *Multa tamen sunt honestatum mulierum prerogativa, quamvis enim, ut habetur in annotatione ad dec. 434. num. 43. & seq. Rotae recent. part. 4. tom. 2. & apud Ursayam Instit. crimin. lib. 4. tit. 1. à num. 20. Judocus Damboud. in tract. comm. lit. M. vers. Muller Philosopha testetur se ad hoc ut aliquid diceret in honorem foeminarum, revolvissè omnes juris civilis textus, ad effectum repertiendi, si in eis fieret mentio de aliqua muliere bona, & incidisse in textu incipiente Muller bona 72. ff. de jur. dot. quem diligenter inspiciendo, reperisse, verbum bona non esse casus nominativi, sed accusativi, dicendo: Muller bona sua omnia in dotem dedit; & sic in toto corpore Juris civilis mulierem bonam invenire non valuisse; Inventissè tamen, & quidem copiose in Sacra Scriptura & in Jure canonico, si ulterius quaesivisset, ut videre est in Ecclesiast. cap. 26. n. 1. 3. 18. & 21. & cap. 36. num. 26. & apud D. Paulum 1. ad Corinth. cap. 7. n. 14. & in Canon. Quod autem 1. caus. 28. quest. 1. & alibi. Unde merito advertit Nevizan. in Silva nupt. lib. 4. sub num. 95. mulieres multas habere prerogativas, quae copiosius scriptae reperirentur, si ipsae scriberent, ut faciant viri, ad quem effectum applicari*

potest lepidum dictum illius Philosophi, qui teste de Rubi. in addit. ad dec. 431. num. 54. part. 4. som. 2. Rotae recent. observando in magna tabula depictos multos leones ab hominibus dilaceratos, prorupit in haec verba; *Ob si leones pingeret scirent!* De quibus selectissimis, & laude dignissimis mulieribus late agit Zaul. tom. 1. rub. 16. num. 50. & seq. & latius Petrus de Moyné in lib. cui titulus. *La Galleria delle Donne forti, Matina impresso. anno 1701. & prius per Auctorem Gallice typis dato. Vide etiam Christophorum Bronzini in tractat. della dignità delle Donne, anno 1624. impresso Florentiae, ubi suis pro eximiis excellentis, ac prerogativis merito usque ad sydera extolluntur.*

¶ Uxorem ducendi curiosus, & scandalosus modus in Regno Congi indicatur, & refertur à Patre Joanne Francisco Romano Cappuccino in libro, cui titulus *Breve relazione del successo della Missione nel Regno del Congo*, impresso anno 1648. in Typographia Sacrae Congregationis de Propaganda Fide cap. 9. di alcune usanze molto dannevoli, che vitengono li naturali di Congo fol. mihi 77. sequentibus verbis. *Una di dette male usanze, che sono in quei popoli, è, che quando si vogliono accusare, pigliano le Mogli a prova. Va un Giovine, dimanda la Figlia al Padre, ed alla Madre, & con pretesto di volerla pigliare per Moglie, e dargli la Dote che li conviene, essendochè tra essi è questo costume, che il Marito dà la Dote alla Moglie, e non più Padre, e la Madre; essi gliela consegnano molto di buona voglia, ed il Giovine la conduce à Casa sua, e dopo averla tenuta due, o tre anni, se gli piace e si confida col suo amore, si accusa con essa; quando che non, la rimanda a Casa di suo Padre; e la medesima libertà ha la Dona con quello, che la piglia, che se non li gusta d'accusarsi con esso lui, se ne può ritornare a suo piacere alla Casa paterna. Questa usanza mi perniciosa è difficilissima da levarsi, perchè dicono essi: Ho lo da obbligarmi à stare tutto il tempo della vita mia con Donna, che non conosco qual sia, e di quale condizione? E' vero, che mi posso informare, e da padrenti, e da altre persone, che conoscono la Moglie, ma essi mi possono ingannare, dicendomi una cosa per un'altra, a fine che la prenda per Moglie, e per tanto senza tal esperienza piuttosto non voglio accusarmi, che ponermi à rischio di avere un continuo inferno in mia vita. Da questa usanza si perniciosa ne siegue, che la Giovine in tal modo ripudiata, ordinariamente non trova più che la voglia prender per Moglie, e li Figli nati da essa vanno come bastardi dispersi qua, e là senza veruna educatione. Di più ne siegue, che stanno gli anni, e anni in stato di concubinato, poichè il Marito dovendo dare la Dote alla Moglie, non si può indurre a questo passo, ma va sempre procrastinando di anno in anno, ed a perseverare in quel cattivo stato talvolta 25. e 30. anni. Hac ille, ut refert Ursaya Instit. Crim. lib. 4. tit. 4. num. 173.*

¶ Uxor in potestate Mariti est juxta legem Moysi Benedict. XIV. tom. 2. Constitut. 2. tit. 28. incip. *Portremo Mense* §. 59. Ideo Maritus à Judaismo ad Ecclesiasticam Fidem conversus, eam ad Baptismum offerre potest. Idem ibid. Vide tom. 3. verb. *Hebraeus* ubi multa de rem, & verb. *Graeci*.

¶ Vide Additiones ad verb. *Femina*. Ceterum quae Auctor à num. 66. ad 98. adducit, insulsa, ridicula, & Religioso Viro prosus sunt indigna.

¶ Attamen, quae hic tamquam insulsa, ridicula, & religioso viro prosus indigna traducuntur, ea à sapientissimis, gravissimis, & religiosissimis desumpta Auctoribus in rem meam derivavi. Quae enim tradidi à num. 66. ad 70. accepi jam tradita à celeberrimo Ursaya causarum tum civilium, tum canonicarum, seu Ecclesiasticarum, ac Religiosarum Patrono, & Romae, ac alibi absque ulla censura pluries edita, probata, & approbata ab omnibus, ad quos spectat. Quae num. 71. à S. Hieronymo relat. in *Canone Sicut Crudelis* 32. q. 1. Quae num. 72. 73. à dicto D. Ursaya, & Philippid. Quae num. 74. & 75. à P. Casalicch. Religiosissimo viro. Quae

num. 76. habentur expresse in Sacra Scriptura Tobias 10. 13. Quae num. 77. 78. 79. à dicti P. Casalich. allegante ad id respectue Demosthenem, & Strobulum. Quae num. 80. à citatis in allegatis ibi respectue titulis. Quae num. 81. 82. à dicto D. Advocato Ursaya. Quae num. 83. à Sacra Rota Romana in Imolen. Fideicommissi 28. Martii 1729. Quae num. 84. ab allegato Ursaya. Quae num. 85. à Cicerone sequitur à Capon. Contraversa. 58. in princip. Quae num. 86. ex Salomone apud Kormann. de Virg. jur. cap. 139. Quae num. 87. ex Canone: Nos novimus 2. caus. 17. quest. 20. & ibi Glossa verb. Navigasti: Quae num. 88. ex S. Hieronymo relat. & sequit. à Nevizan. in Sylva Nuptiar. lib. 2. cap. 94. Unde canit Poeta, ut ibi n. 89. Quae n. 90. ex Cardinal. Bona piissimo Religioso in Manduct. ad Calum, cap. 5. §. 3. in fine. Quae n. 91. ex S. Augustino allegat. ab Ursaya loc. cit. n. 128. Quae n. 92. ex Farinac. q. 116. n. 1701. & Rayn. tom. 1. cap. 2. §. 5. in fine. Quae n. 93. ex Nevizan. in Sylva Nuptiarum lib. 2. num. 86. & Ursaya Inrit. crimin. lib. 4. tit. 1. num. 85. Quae num. 94. ex Conciol. allegat. forens. 87. per tot. Guazzini. ad defens. 5. cap. 5. Ursaya loc. cit. lib. 2. tit. 1. num. 136. & seq. Quae n. 95. ex Rayn. tom. 3. cap. 20. §. 11. n. 21. & seq. Ursaya loc. cit. lib. 2. tit. 7. num. 18. & Secretaria Apollinis fol. 456. Quae n. 96. ex S. Antonino clarissimo lumine praclarissimi Ordinis Praedicatorum in 3. part. tit. 1. cap. 2. Quae num. 97. ex adnotata ad decisi. 431. num. 43. & seq. Rota Romanae Recentior. part. 4. tom. 2. Ursaya lib. 4. tit. 1. à n. 20. Judoco Damboud in tract. loc. comm. lit. M. vers. Mulier. Philosopha: Ex Ecclesiastic. cap. 26. num. 1. 3. 18. 21. & cap. 36. n. 26. Ex Apost. 1. ad Corinth. cap. 7. num. 14. & ex Canon. Quod autem 1. caus. 28. q. 1. Quae num. 98. ex relatione Patris Joannis Francisci Romani Capucini in libro, cui titulus: Breve relazione del successo della Missioni nel Regno del Congo, impresso in Typographia Sacra Congregationis de propaganda Fide, cap. 9. Quae Sacra Congregatio certe non permisisset talis libri editionem, si insula, ridicula, & religioso viro indigna commenta continuisset. Patent itaque fontes, unde hausi doctrinas locis citatis ab Additore improbatas; hi sunt; S. Scriptura, SS. Canones, Sac. Rota Romana, SS. Patres, Religiosissimi Auctores, selesissimi Jurisperiti, & Liber impressus in typographia Sac. Congregationis de propaganda Fide. Ad haec, quid de oppositoribus esset mihi dicendum? Nil aliud dicam ego, quam ut à Deo benedictionibus replentur.

Quantum ad reliquas varias alias probabilium respicientes, & censura notatas propositiones, non est, quod in his nec tantisper immoretur, nec quid modicum proferam, cum tot eximii, & praestantissimi Auctores, omni exceptione majores, de illis hinc inde, pro, & contra tot volumina ediderint, ut fere totus repletus sit Orbis. Eo vel maxime quod Ego non sim securus nisi illas opiniones probabiles, quae sunt vere, & solide tales fultae gravi, & prudenti pondere rationis, & auctoritatis; & in pluribus illas solummodo sim amplexus, quae mihi videbantur nequae vere probabiles, sed etiam probabiliores, ac quaedam veluti certae, ut totum meum opus integre ex omni parte, & attente, juxta pro similibus tradita à Benedicto XIV. in constitutione: Sollicita ac provida §. 18. percurrenti, & scrutanti satis superque patet. Unde Laudatus perennis memoriae Benedictus XIV. in dicta Constat. Sollicita ac provida §. 17. ad nostrum intentum sic tradit: Hoc de cetero cogitantes, non paucas esse opiniones, quae uni Schola, Instituto, aut Nationi certo certiores videntur, & nihilominus sine ullo fidei, aut Religionis detrimento ab aliis Catholicis viris rejiciuntur, atque impugnantur, oppositaeque defenduntur, scientes, & permittente Apostolica Sede, quae unquamque opinionem hujusmodi in suo probabilitatis (N. B.) gradu relinquit. (Vid. lit. L. pag. 309. col. 2. & seqq.) Et idem Sapientissimus Pontifex in praefatione tom. 1. de Synodo Diocesana §. Porro, sic praecise addit: Porro in novissimis hinc additionibus utratam semper nobis scribendi rationem secuti sumus, nihil scilicet pro certo, ac definitum venditantes, quod reipsa definitum non sit; Nihil consu-

meliose jacentes in alios, quantumvis ab opinione nostra dissentiant. Id enim homini Christiano indignum, & honesto viro indecens existimus. Neque vero minus valde de unumquamque sententiam suam sicuti posse censemus, si ab aliorum contemptu, & injuria absteineat.

Hic lubet ad rem nostram adducere etiam Canonem Ego solus §. distincti. 9. ubi ex verbis S. Augustini sic expresse traditur: Alios autem (Auctores) ita lego, ut quantalibet Sanctitate, doctrinaque pollant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios Auctores, vel probabiles (N. B.) rationes, quod à vero non abhorrent persuadere poterunt. Unde ipsemet S. Augustinus circa sibi propositam questionem, nam sit celebrandum, & communicandum jejune, in epistola 118. ad Januarium, quae extat in tom. 2. Editionis Lugdunensis sumptibus Joannis Radissoni 1664. pag. 179. in qua cum prius cap. 6. respondens Januarii dixisset: Et siquid apparet, quando primum acceptum discipuli Corporis, & Sanguinis Domini, non eos acceptis jejuniis Numquid tamen propterea calumniandum est universae Ecclesiae quod à jejuniis semper accipitur? Et hoc enim placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti Sacramenti in or Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam ceteri viderent; Nam ideo per Universum Orbem non iste reoratur. Deinde ibidem cap. 7. subjungit: Sed nonnullos probabilis quaedam ratio delectavit (N. B.) ut uno certo die per annum, quo ipsam cenam Dominus dedit, tantum ad insigniorem commemorationem post cibum offerri, & accipi liceat Corpus, & Sanguinem Domini... Quapropter neminem cogimus ante dominicam illam cenam prandere, sed nulli etiam contradicere audeamus. Quam Epistolam allegans, & expendens Cardinalis Bona rerum Liturgicarum tom. 2. lib. 1. cap. 21. §. 3. editionis Turinensis 1749. ex Typographia Regia sic expresse tradit: Quamvis enim Ecclesiae more receptum esset, quod mysteria semper à jejuniis celebrantur, nonnullos tamen probabilis quaedam ratio delectavit, ut eo die, quo Cena Domini recolitur, post cibum offerri, & accipi liceat Corpus, & Sanguinem Christi, tanquam in insigniorem commemorationem mysterii ab ipso post legalem cenam constitutum, quibus contradicere S. Pater non audeat; & opinio celebrandi, & communicandi post sumptum cibum in die Cenae Domini erit solum probabilis in concursu illius probabilioris, sed nonnullos probabilis quaedam ratio delectavit, & tamen Sanctus ille Doctor hanc solummodo probabilem opinionem etiam in concursu illius probabilioris improbare non audeat. Quapropter neminem cogimus ante dominicam illam cenam prandere, sed nulli etiam contradicere audeamus; & juxta adducta verba Eminentissimi Cardinalis Bonae, quibus (id est, sequacibus opinionis solum probabilis) Contradicere S. Pater non audeat. Hinc quid de mente tanti eximii & Sancti Doctoris Ecclesiae luminis, sit ex his inferendum, satis superque patet.

Ceterum in omnibus, & per omnia, ut jam toties protestatus sum, Sanctae Romanae Sedis certissimo ac firmissimo iudicio me submitto, semperque submittam; sicuti etiam volo & statuo, ut si quae Apostolicis, & Seraphicisque sanctionibus, praesertim in novissimo Generali Capitulo Mantuae celebrato diebus 29. & 30. Maii anni 1762. editis, minus consona hie in apologeticis responsionibus, & in reliquo Epere meo tradita reperiantur, ad earum mentem & sensum penitus revertentur, intelligantur, & retineantur.

(Satis constat de quo ibi agitur: posteaquam hoc opus recognitum fuerit, nil restat agendum, quam dispositum in decem legibus tit. 3. lib. 5. Recop. Cast. & leg. ex 4. ad 62. Tauri perlegere, nihilominus jam supra aliorum praeerit insinuat: in dictis decisionibus declaratur uxorem faculatas, durante matrimonio: nequeunt istae absque mariti licentia litem repudiare hereditatem sive ex testamento, sive ab intestato reperit: possunt tamen sine ea cum inventarii beneficio, & non aliter, ipsam acceptare: nulla stipulatio, nullus contractus, distractusve effectus potest, neque uxores comparare in iudicio valent; ita ut si quid per se, ac procuratorem dicta absque licentia, fuerit factum, est nullius mo-

momenti: tantum permittitur quantum concessum: subsistat quidquid sub hac qualitate esset gerum: à marito venia denegata, in omnibus quae absque licentia mulier efficere haud valet, causa subsistente, legitima: & necessaria, à iudice est venia concedenda: si procedat sine ipsius licentia, potest à marito ratificari ab illa dispositum, & sine dubio quolibet actio validitatem accipiet: dum iste abest, neque speratur de proximo venturus, precedente legitima, necessaria, sive utili ipsimet uxori, Iudex Ordinarius impartiri similem licentiam poterit, & tamquam si à marito data, suos effectus consequitur: nil est, nec erit aliqua obligatio ex parte uxoris, constante matrimonio, ad debitorem solutionem, si res alienum maritus contraxerit, & ab illa lucrorum renuntiatio sit facta: non subsistit fidejussio pro marito ab uxore stipulata, licet declararet, in hujus commodum resultasse: nec, si simul, & tamquam duo rei obligentur, tenetur, nisi probato intercedat, debitum in suam esse inversum utilitatem, tunc equidem pro ea parte, qua lucrum accepit, obligatio sustinetur: ceterum non sic eventit, si emolumentum ad res, quae per necesse à marito sunt tradendae, spectet, eo quod nulla erit obligatio, praeterquamquod pro regis redditibus, seu vicigalibus hac interponatur; ea sunt quae à praedictis legibus decernuntur, & nunquam propter debitum mulier in carcerem valet detrueri, dummodo ex delicto non procedat, quamquam in regionum reddituum favorem fuerint debita: alia pleruma hic inseri poterant: verum tamen respiciantur cetera, utpote variis locis hujus operis adnotata invenies.)

XENIA.

XENIA illa, seu dona, aut munera dari solita per Cardinales absentes noviter promotos Cubicularis participibus, seu Camerae Pontificis, si contingat obitus Papae, qui illos creavit, antequam sequuta sit consignatio Birretii, munerumque receptio, dividenda sunt inter Cubicularios utriusque Pontificis, nempe illius, qui illos Cardinales creavit, & successoris. Si vero consignatio Birretii, & munerum receptio sequuntur, vivente Pontifice illo, qui dictos Cardinales creavit, tum integratiter spectant ad Cubicularios Pontificis praemortui. Sic D. Ursaya Inrit. Crimin. lib. 2. tit. 2. num. 57. testans ita conciliari Doctores, qui videntur in hoc inter se contrarii, adducitque pro se Pittonium tom. 2. discept. 51. per tot. & Emin. Card. Petram tom. 4. Comment. ad Constit. 1. Eugenii IV. num. 23. Vide ipsos loc. cit. ubi referunt ad rem varios casus.

Xenia, & dona exaccant oculos Iudicum Ecclesiasticorum. 20. num. 31.

Unde Iudex tenetur abstinere à receptione munerum tum Jure divino, tum Jure humano. Vide verb. Iudex num. 33. & 34.

Iudex contra supra dictas prohibitiones accipiens notabilia munera peccat graviter, & tenetur ad restitutionem. Vide ib. num. 35.

An talis restitui sit pro foro conscientiae faciendi ante sententiam condemnationis, vel declarationis delicti. Vide ib. num. 36.

Quantum ad hoc pro certo tenendum est, quod ea, quae ad redimendam vexationem, aut sententiam injustam, aut aliter involuntarie data sunt, debent à Iudice restitui ante omnem sententiam. Vide ib. num. 37.

Judices videntur à Jure reddi inhabiles ad acquirendum munerum receptorum dominium. Vide ib. num. 39.

Nec ex consuetudine possunt Iudices illa acquirere, & retinere. Vide ib. num. 39.

Ubi vero Jura non reddunt Iudices inhabiles ad acquirendum tale dominium, stante consuetudine legitime praescripta, sciente Superiore, & non contradicente, possunt Iudices Seculares sponte oblata recipere. Vide ib. num. 40.

Potest tamen Iudex recipere à partibus sponte oblata leviora munuscula, pro quibus non est periculum, quod

pervertatur, seu corrumpatur ipsius Iudicium. Vide ib. num. 41.

Iudex Ecclesiasticus, sive Ordinarius, sive Delegatus, nihil recipere potest sportularum nomine. Vide ibi num. 42.

Iudex Laicus Ecclesiasticus potest exigere sportularum nomine etiam quotam pecuniam. Vid. ib. num. 43.

Iudex aitem Laicus Ordinarius nequit aliquid recipere sportularum nomine. Vide ib. num. 44.

Si Iudex, sive Ordinarius, sive delegatus, sive Ecclesiasticus, sive Secularis, non habeat sibi assignatum stipendium, nec congruam sustentationem, poterit pro Iudicis sibi commissis exigere sportulas, sive honoraria. Vide ib. num. 45.

Et sportularum nomine quid intelligatur? Vide ib. num. 46.

Ubi extat consuetudo, possunt Iudices accipere saccharum, ceram, cochcolatum &c. in diebus Natalitibus, vel alio anni tempore, quae consuetudo viget in Urbe Romae, ut est omnibus notorium, teste D. Ursaya Inrit. crimin. lib. 2. tit. 2. num. 51. & seq. ubi subjungit, quod licet omnia ista munera, sive esculenta, & poculenta, sive saccharum, cera &c. accipi possint à Iudicibus, ut expresse habetur in constit. Innocent. XII. incip. Saecerdotalem, & Regiam §. Porro, ibi: Porro Xenia solita esculenta, & poculenta, quae Iudicibus, Ministris, & Officialibus Romanae Curiae exhiberi consueverunt, minime prohibita fuerunt, nec prohiberi decernimus: Magis idem Iudices sustinentur, si illa non accipiant, quia litigantes, qui dant eis unam gallinam, illam dant cum intentione, ut habeant ab eis bovem, quodque Rustici dicere solent, quod munus intrat per portam Iudicis, & diabolus per fenestram. Sic cum pluribus aliis ibi allegatis expresse D. Ursaya loc. cit. n. 47.

Auditors Rotae accipientes aliquid munus à Notariis ratione Officii incurritur excommunicationem, & tenentur ad restitutionem in duplo erogandum pauperibus. Vide verb. Auditors num. 62.

Immo Auditors Rotae nihil recipere possunt, neque per alium à litigantibus. Vide ibid. num. 63.

Solent tamen ab istis recipi munera quaedam solita pro festis Natalitibus, & Kalendis Augusti. Quod munuscula solent etiam mitti Advocatis, & Procuratoribus per litigantes, quaeque uti consuevit debent bonificari Aegestis causarum. Vide ib. num. 64.

Episcopus non potest recipere munera occasione receptionis habitus, seu emissionis professionis Monachialium. Vid. verb. Episcopus. art. 6. num. 107.

Episcopus, & quilibet alius Superior Ordinarius in 20 his transgressor tenetur ad restitutionem, & si munus excedat summam decem ducatorum, nequit absolvi neque à Summo Penitentiario, nisi facta prius restitutione. Vide ib. num. 108. Immo Pignatelli. tom. 9. consular. 144. ex variis decretis Sacrae Cong. Episc. vult, quod Episcopus non debeat, nec possit recipere dona, seu munera à suo Clero, & ipsam sequitur Ursaya loc. cit. n. 46. Vide ipsos.

Quoad ea, quae possunt, & debent necessario observare Regulares circa largitiones munerum. Vide verb. Regulares art. 1. num. 67. ubi ad id afferuntur Constitutiones Clementis VIII. & Urbani pariter VIII.

Recipientes munera à Regularibus contra praescriptum dictarum constitutionum, quicumque sint sive Regulares, sive seculares, in neutro foro absolvi possunt ante factam restitutionem. Vide ib. num. 68.

Et si munus excedat summam decem scutorum, neque possunt absolvi à Summo Penitentiario. Vide ibid. num. 69.

Quoad personas, quae donare possunt, vel non? & 24 in qua quantitate; Vide verb. Donatio art. 2. per tot.

Munera non sunt recipienda, neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus, textu expresso in Solent 6. §. 3. de Officio Praeconulit.

Munera accipere à nemine inhumanum est, passim 26 viliissimum, & omnia avarissimum, textu expresso in cit. 1. Solent 6. §. 3. ibi: Nam valde inhumanum est à nemine accipere, sed passim viliissimum est, & omnia avarissimum.

27 In muneribus standis; & accipiendis attendi debent quatuor ista assignata à Glossa in cap. Etsi questio- nes 184. *verb.* Muneribus; & *Simonia*, duobus sequenti- bus versiculis, ibidem in nota sequenti. *lib. 2. tit. 1. c. 1.* Muneribus dandis attendas quatuor ista.

28 Qui dans, quisque petens, que res, que causa pe- tendam. *lib. 2. tit. 1. c. 1.* Muna crede mihi placant hominesque; Deozque Placatur donis. *Supplet ipse datus.*

29 Ovid. apud Ursayam *Miscell.* 1. *Sacr. & prof. lit. Minum.* 360.

30 Alia ad rem; *vid. verb.* Donatio, *verb.* Judex, *verb.* Moniales, *verb.* Regulares, *verb.* Votum.

31 Victoriam, & honorem acquirit, qui dat munera: ani- mam autem auferit accipientium. *Proverb.* 22. 9.

32 Quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. *Psal.* 25. 10.

ZELOTIPIA.

1 Zelotipia est dolor, seu aegritudo animi ex eo pro- veniens, quod alter potuatur eo, quod quis concupiscit, vel potitur. *Ursaya Inst. crim. lib. 3. tit. 3. num. 54.* Seu est aegritudo animi ex eo proveniens, quod quis ti- met, ne alteri adsit, quod cum nemine velit habere commune. *Chrysippus sequutus à Cyriae. Controv.* 172. *num. 77.* *Ursaya miscellam. 2. Sacro & profan. lit. Z.* *num. 2.*

2 Mulieres facile zelotypie morbo laborare solent, & referuntur aliqua exempla ab *Ursaya Inst. crim. l. 2. tit. 5. num. 104. & lib. 3. tit. 3. num. 46.* *Vide ibi.*

3 Marius uxorem non bene conversantem Zelotypie causa domi ut in carcere retinere potest; *cap. Placuit 10. cas. 33. q. 2.* *Guazzini ad defens. Reor. defens. 5. cap. 7. num. 5. & 12.* ubi de viro uxorem ob zelotypiam in vin- culis detinente; *Ursaya loc. cit. lib. 4. tit. 3. num. 23.*

4 Zelotypia magnam est copulæ argumentum; *Scar- lon de testam. lib. 3. cap. ult. sect. 2. num. 30.* ubi referuntur aliqua exempla ab *Ursaya Inst. crim. l. 2. tit. 5. num. 104. & lib. 3. tit. 3. num. 46.* *Rota in Senogallien. legatorum 13. Junii 1697. verb. sed etiam, coram Molin.*

5 Zelotypia alterius amoris ortum habere solent amatoria soritologia. *Denet. in exam. Episcop. lib. 6. cap. 34. num. 10. & seq. Inst. crim. lib. 3. tit. 3. n. 53.* cum aliis allegatis.

ZINGARI, ZINGARÆ.

1 Zingari, vel Zingare, qui vel que se jactant divinar- re bonam, vel malam fortunam, & in dies ab idiotis præsertim, & plebeis passim de sua sorte consuluntur, si admisceant res sacras, & assertive pronuntiant cor- dium secreta, sortilegium committunt, & possunt ab Inquisitoribus puniri. *Villadiego in politic. cap. 5. §. 20. num. 30.* *Diana tom. 5. tract. 10. de S. Offic. resol. 112.*

2 Xenia pro muneribus accipi, præterquam quod ab A. sic hoc verbum æstimatur, per se æquidem patet non amplectitur ea quæ ab aliquo sollicitatore dantur, vel donantur pro rei alienius, vel officii consecutione; aliquid est pretia & munera viam ad officia, justitiae administrationem, & similia onera pandere, tamquam si eorum venalitas intercesserit, ut pro pretio eadem quis fuerit adeptus; aliquid est dare vel accipere Xenia, ut animus propensus in favorem illius inveniat, sive agatur de causarum expeditione, sive distributione offi- ciorum; primo in casu probatione non egemus, discernendi ergo ad quod se extendi hujusmodi naturæ pro- hibitio stam perspicua est, ut non solum cerni oculis videatur; verum etiam manibus attractam; pro sortiendis administrationibus nihil quidquam titulo venditionis, donationis, aut alio velamento conjunctum contra- hique esse dandum ante, vel post earum consecutionem; est res nullis involuta tegumentis. Secundo in casu nullus est qui obstructus sub juramento non sit ad æniorum inadmissionem; sic clamantur leges; hic immorari aliquid amplius, erit extraneum, cum omnes dispositiones circa hancinæ materiam expeditæ in publicum sunt redactæ, ut in hoc opere contentæ; (1) ideo si non susteretur, & ad eundem locum Lector remittitur, ad nau- seam usque stomacharetur.

(1) Vid. verb. Judex, per tot.

per tot. *Nicol. in Floscul. verb.* Inquisitor. *num. 1.* *Ray- nald. tom. 1. ad cap. Supplet. 5. num. 496.* *Pignatell. tom. 8. consult. 64. num. 45.* & alii passim. Secus autem, si non admisceant res sacras, nec assertive pronuntiant Cordium secreta, *Bordon. in manual. S. Offic. sect. 34. num. 68.* *Ursaya Inst. crim. lib. 3. tit. 3. n. 44. 45. & 46.* & alii. Et ratio est, quia eorum prædicationes, & divinationes fere ab omnibus ordinariè cum risu accipiuntur, nec eis præstatur aliqua firma fides, quod ob- servat pariter *Carena de Inquir. parit. 2. tit. 12. n. 164.* & alii passim, notantes quod nemo est tam simplex ut firmam fidem præstet Egyptianis, vulgo dictis Zin- garis.

2 Tam Zingari, vel Zingare, ut supra divinantes, & prædicentes, quam omnes alii ipsos, vel ipsas consulentes peccant mortaliter, si fiat cum firma fide, vel scandalo; si vero fiat propter solam curiositatem, vel animo ridendi, ut communiter fieri solet, peccant tantum venialiter. *Filiuc. tract. 24. num. 135.* *Lupus pag. 323. difficut. 2.* *Busemb. Medull. lib. 3. tract. 1. dub. 2. n. 101.* *Sanchez, & alii passim.*

3 Zingari sunt testes idonei ad probandum statum libe- riorum Zingarorum, Matrimonium contrahere vo- lentium. *Sac. Cong. Conc. in Fundam. Viritationis Sac- eror. Liminium 19. Decemb. 1682. lib. 16. Visitar. Sacror. Limin. fol. 96.* apud *Ursayam in Miscellaneo l. lit. Z. num. 2.* *Emens rem à Zingaritis tenetur illam absque restitu- tione pretii vero domino restituere. Ursaya Inst. crim. lib. 2. tit. 8. num. 53.* *Bertazol. consil. crim. 43.* *Pignatell. tom. 8. consult. 64. num. 41.* & alii, & ratio est, quia emptio, vel est facta scienter, & est nulla; 1. Si in emptione 34. §. 3. ff. de contrahendo emptio. Vel ignoranter & non transfertur rei emptæ dominium in emptorem, l. Rem alienam 28. ff. eod. ubi Glossa, & Doctores pas- sim; Quinimo est tali emptione nec oritur usucapiendi conditio, §. Furtivæ 2. *Inst. de usucapionib.* Viget enim contra Zingaros furti præsumptio; cum ipsi, ut eorum fi- lio facilius furentur, doceant illos, permixtum esse ab eorum lege quolibet die certam summam furari, quod scri- vit in examine ab uno eisdem processato de furto *Cosp. nel. Giudice Crimin. part. 3. cap. 46. num. 10.* teste *Ursaya Inst. crim. lib. 3. tit. 3. num. 48.* citans *Crusium de indic. delict. part. 2. cap. 22. num. 36.* & *Raynald. tom. 3. cap. 26. §. 15.* Unde ipsi etiam pro minimis furtis, puta gallinarum; puniri debent. *De Angel. de delict. 7. part. 1. cap. 6. num. 13.* *Ursaya loc. cit. lib. 2. tit. 8. num. 13.* *Raynald. l. c. num. 3.* & alii.

4 Zingari præsumuntur mali homines; *Florell. in cor. 8. edit. in Perusina falsæ monetæ 24. Novemb. 1711.* §. In oppositum; *Ursaya loc. cit. numer. 53.* *Raynaldus loc. cit. num. 2.* ubi cum aliis assertit ipsos semper male agere in locis, ubi sunt, & ex raptu, latrocinii, proditiioni- bus, deceptionibus turpem quantum facere. His enim de causis legitimos justos esse à Germania discedere pro- vido edito Caroli V. Imperatoris anno 1549. veluti ex- ploratores, & proditores Christianorum regnorum mis- sos à Turcis, ut refert *Petr. Greg. Syntagm. jur. lib. 34. c. 16. in fin.* A Regno quoque Neapolitano, ubi sine licen- tia morabantur, ac furtis, & latrociniiis cuncta comple-

verant, pragmaticis sanctionibus jussi sunt discedere 16. Octob. 1568. 14. Septemb. 1576. & 12. Aprilis 1485. ut refert *Pignatell. loc. cit. num. 44.* Et sic etiam banni- tos esse à toto stato Ecclesiastico, Bononiensi, & Nea- politano tradit *Raynald. loc. cit. ubi num. 4.* refert ab aliquibus vocari descendentes, ac posteros Caini, vagos & extortes propter illius peccatum: Est ab aliis dici erro-

Hispania cum semper in publicorum delictorum permissione resistantiam perhibuerit, animadversionemque in delinquentes quoscumque decreverit (1) indefessa permansit ad præcavendum, ut personæ nomine vulgari *Agyptianos*, aut *Gitanos* citius pullularent, funditusque continerentur, ac consequenter cessarent spiritualia, aut temporalia detrimenta excohabitatione earum provenientia; ideo non sufficientibus pragmaticis ex anno 1499. editis, tandem anno salutis 1716. Noster Catholicus Rex DD. Philippus V. publicari fecit quæ novam formam constituit, anterioribus addendo, inter alia plurima, ex omnia quorum erat opus ad securitatem in pro- secutione, & punitione similium personarum suis cum criminibus populorum quietem, viarum saluum conduc- tum, & contractuum bonam fidem, in mercatibus, & nundinis, assidue inventurum; per consequens omnia ad eorum emendationem, publicancque (2) tranquillitatem consequendam, atque suam improbitatem continendam stabiluntur: clare demonstrantur, qui sub dicto nomine intelligantur: Penæ non omittuntur quæ in eos cu- juscumque sexus, & ætatis excercentur; nec officia quibus dedi debent; An in Americana territoria possint iter facere, & si de facto transportaverint, exire compellendi?

(1) *Auct. acord. 1. tit. 6. lib. 3. cap. 14.* Ha de tener particular cuidado en castigar los pecados publicos. *Vid. verb.* Usura.

(2) *Auct. acord. 7. tit. 11. lib. 8. §. 1.* Que dentro del término de treinta dias de la publicacion de esta Pragmática, que se deberá hacer en todas las Ciudades, Villas y Lugares, Cabezas de Partido, sean obligados todos los Gitanos y Gitanas, que se hallasen en estos Reynos, á comparecer ante las Justicias de los Lugares donde estuvieren avenciados, ó habitaren, asi de Realengo, como de territorio de las Ordenes, de Abadengo ó Señorío, ó eximidos, declarando su nombre, edad y estado, y los hijos que tuvieren con sus nombres y edades, y tambien sus officios, y modo de vivir, y todas las armas que tuvieren, asi ofensivas, como defensivas de qualquier género que sean: §. 2. Que si pasados treinta dias fuere aprehendido algun Gitano ó Gitaná que no haya cumplido con hacer el dicho registro, ó que no le haya hecho puntual, y cumplidamente, y haya ocul- tado alguna de las cosas contenidas en el capitulo ante- cedente, por el mismo hecho incurra si fuere hombre en la pena de seis años de Galeras, y si fuere muger en la de cien azotes, y destierro de estos Reynos. §. 3. *Ibi.* Porque solamente han de poder salir de sus Lugares para el exercicio de la agricultura que les es permitido, y en caso que tengan necesidad de pasar á otro Lugar para alguna dependencia propia, deberán pedir licencia á las Justicias. §. 4. Que por quanto no les está prohibido á los Gitanos y Gitanas por la ultima Pragmática la universalidad del vecindario, y asi ha pendido de ellos la destinacion del lugar, para que la han querido tener, como sea de doscientos vecinos, cuya facilidad les ha facilitado en sus residencias en Lugares cortos las salidas de ellos, y su union en cuadrillas, con la incertidumbre de su asunto, y dificultad de precisarlos á que le tengan fijo, ha producido las innumerables ocasiones de robar con seguridad á vista de los miserables pequeños Pueblos: ordenamos y mandamos, que dentro del término de quatro meses precisos primeros siguientes: presenten en el Consejo todas las provisiones, y demas despachos que tuvieren, los que se dicen Gitanos y Gitanas, para avenciadarse: para que se les señale lugar donde deberán residir, sin que esto de ninguna suerte se pueda executar por las Chancillerias, y Audiencias, de lo que quedan absolutamente inhabidas, y las Ciudades, y Villas, donde se les deberá asignar vecindad, sin arbitrio, ni facultad de poder dispensar, ni dirlas en otra parte, serán Toledo, &c. y pasando los referidos quatro meses, no habiéndose presentado algunos de los que se dicen Gitanos ó Gitanas en el Consejo á pedir vecin- dad, si contravinieren en algun modo á la residencia de la que se les señalar, por el mismo hecho de ser apre- hendido, le imponga la Justicia la pena de ocho años de Galeras; y si fuere muger, la de doscientos azotes, y destierro de estos Reynos. §. 4. *Ibi.* No puedan tener

ocho exercicio, ni modo de vivir, mas que el de la labran- za, y cultura de los campos: sin que á unos, ni á otros se les permita otro officio, ni exercicio, ni oficio, ni comecio, que expresamente les prohibimos, especialmente el de Herreros, con pena de que por el mismo hecho que se les pruebe que tratan, ó contratan, ó se exercitan en otra cosa que la labranza, pierdan la vecindad que tu- vieren en los tales Lugares, y deban salir de estos Rey- nos desterrados dentro del término que les fuere señala- do por el Juez que de ello conociere, y no lo cumplien- do así, y siendo aprehendidos, sean luego enviados á Galeras, á donde sirvan por tiempo de ocho años. §. 5. *Ibi.* Que no puedan tener en sus casas, ni fuera de ellas armas de fuego cortas ni largas en manera alguna, y si les fueren halladas en sus casas, ó ellos fueren apre- hendidos con tales armas, dentro ó fuera de poblado, incurran por el mismo hecho en la pena de doscientos azotes, y ocho años de Galeras. §. 6. Que en todos los casos contenidos en los capitulos antes de éste, en que á los que contravinieren se impone pena de Galeras, debe entenderse, y executarse en los que fueren mayores de 17 años; siendo mayores de 14, se envíen á Presidios donde sirvan para las obras; cuya duracion de penas ha de ser por el mismo tiempo la de Presidio, que la de Galeras, y pues para las otras edades se darán otras pro- videncias convenientes; y que en los casos en que cor- responde á los hombres pena de Galeras, se entienda, que para las mugeres ha de ser de azotes, y destierro del Reyno. §. 14. *Ibi.* Ordenamos y mandamos, que si fueren aprehendidos juntos en cuadrilla algunos de los que se dicen Gitanos en el número de tres, ó mas con armas de fuego cortas ó largas, á pie ó á caballo, sean ó no avenciados en estos Reynos, aunque no se les prue- be otro delito, incurran en la pena de muerte, la qual se execute consultándola primero con las Chancillerias, ó Audiencias, á cuyo distrito tocare, ó con el nuestro Consejo por los Lugares de las diez leguas en contorno. §. 17. Y para que no pueda haber duda en quales deben tenerse por Gitanos y Gitanas: declaramos, que qual- quier hombre ó muger que se aprehendiere en el traje y hábito de que hasta ahora ha usado este género de gente, ó contra quien se probare haber usado de la lengua que llaman Gerigonza, sea tenido por tal para el efecto referido. *Auct. acord. 15. ejusd.* Mandamos se guarde inviolablemente la Pragmática publicada contra Gitanos en catorce de Mayo de mil setecientos diez y siete, y que no se les pueda oír en los Tribunales Superiores recurso alguno de queja contra los Justicias Or- dinarias: y asimismo mandamos, que dentro de quatro dias salgan de esta nuestra Corte, y de las Ciudades donde residen las nuestras Audiencias, y Chancillerias todas las Gitanas que hubiere: y os hacemos especial encargo para que no permitais salir á los Gitanos de los Lugares de su distrito, sino es con urgente causa, y precediendo licencia por tiempo limitado: ni para mu- ger

BIBLIOTECA CENTRAL

ger alguna, ni muchacho, porque estos no han de poder salir de sus vecindades, excepto siendo viuda que se les podrá dar licencia con las mismas circunstancias. L. 20. tit. 26. lib. 9. Ind. No puedan pasar á las Indias ningunos Gitanos, ni sus hijos, ni criados; y si algunos pasaren, guardese en su estrafieza y expulsion lo ordenado. L. 5. tit. 4. lib. 7. Ind. Han pasado, y pasan á las Indias algunos Gitanos y vagabundos, que usan de su trage, lengua, tratos y desconcertada vida entre los Indios, á los quales engañan facilmente por su natural simplicidad, y porque en estos Reynos de Castilla (donde la cercanía de nuestras Justicias aún no basta á remediar los daños que causan) son tan perjudiciales, y conviene que las Indias, por las grandes distancias que hay de unos Pueblos á otros, y tiene mejor ocasión

de encubrir, y disimular sus hurtos, apliquemos el remedio mas eficaz para librarlas de tan pernicioso comunicacion, y gente mal inclinada: Mandamos á los Virreyes, Presidentes, Gobernadores y otras qualesquier Justicias nuestras, que con mucho cuidado se informen, y procuren saber si en sus Provincias hay algunos Gitanos ó vagabundos ociosos y sin empleo, que anden en su trage, hablen su lengua, profesen sus artes, y malos tratos, hurtos é invenciones, y luego que sean hallados, los envíen á estos Reynos, embarcándolos en los primeros Navios con sus mugeres, hijos y criados, y no permitan que por ninguna razon ó causa que aleguen, quede alguno en las Indias, ni sus Islas adyacentes.

FINIS TOMI NONI

PRÆTER QUÆ IN FINE ALIQUORUM VOLUMINUM SUBJICIUNTUR, hinc Responsiones Auctoris ad Theologi Romani notas, Hispanæ Additiones, atque ex editione an. 1772. exceptæ aliæ, prætermisæ, recensentur.

Lit. A, pag. 24. col. 2. lin. 38. **M**IRATUR doctus Theologus, quod ex verbis Canonum à me relatis *ibid.* num. 4. non collegerim invalidam esse confessionem, quam *ibi*, modo tamen explicato, validam tradidi, sed tamen extra casum necessitatis illicitam: at certe de hoc non mirantur *ibi* allegati Auctores, & plures alii classici Doctores doctrina, virtute, ac pietate præstantes eandem sententiam tradentes, ac defendentes, ut Doctissimus P. Mastrius in 4. disp. 5. q. 17. de *Pœnit.* art. 3. num. 471. & seq. ubi post multa ad id probandum prosequitur, confirmando conclusionem, & solvendo omnes objectiones, ac dicendo, quod *Can. Quem pœnitent* 88. de *Pœnit. dist. 1.* vult, confessionem per scriptum Ministro præsentem non fieri licite, nisi adsit necessitas; quem canonem non obstat pro valore talis confessionis sustinet etiam in *Theologia morali*, disp. 21. *Pœnit.* art. 2. num. 169. ac cum aliis probat, non esse de valore Sacramenti, quod Confessio fiat verbis: quem sequitur, & summe laudat Eruditissimus, ac piissimus Clericus de *Sacr. Pœnit. dec. 35. num. 15.* & seq. dicens: *ut tenet novissime Mastrius Theologus, non frustra figens pedem in opinionibus, quas amplectitur; & Doctissimus P. Augustinus de Gabrieli Capuccinus tit. 3. Theolog. Moral. tract. 8. de Pœnit. q. 4. num. 395.* sic expresse tradit. Sed hic occurrit questio, utrum hoc (scilicet Confessio per literas) licite fiat, nam S. Augustinus in cap. cit. *Quem pœnitent*, dicit, quod peccata non sunt per scriptum pendenda: sed quia S. Leo Papa relatus in cap. 4. *quodis 30. q. 5.* dicit, quod mulier per scripturam sua peccata pandat, & ea præcisa verba Canonis: *Confessio illius per Scripturam recipienda*, & verb. glos. *ibid.* verb. per scripturam; *ibi: de Pœnitentia dist. prima quem pœnitent*: contra; *sed ibi prohibet absens per Scripturam confiteri, vel quod pœnitentiam accipere debeat; hic autem permittitur mulieri simpliciter, dum tamen præsentem sit, in scripto peccata offerre*, ideoque prosequitur de *Gabrieli*, dicendum est cum glos. in hoc capite, quod licitum est, peccata per scripturam confiteri, & quod in c. *Quem pœnitent*, S. Augustinus loquitur de illis, qui per nuntium, vel scriptum absenti Confessario manifestare volunt sua peccata, quod utique nequit fieri, ut dixi supra; non autem loquitur de illis, qui scribunt sua peccata, ne memoria excidant, aut etiam secundum aliquos præ verecundia, & postea ea legunt ante Confessarium, vel tradunt legenda ipso Confessario, ut quidam volunt, sed raro est permittendum, & postea dicunt; *me accuso de omni-*

bus illis peccatis que legisti. Hæc ille; & quod raro sit permittendum, jam ego tradidi l. c. dicens, quod Doctores *ibi* allegati recte monent, hoc non esse faciendum absque rationabili causa, quum sit contra communem praxim Ecclesie: immo multi apud La Croix loc. cit. num. 1597. volunt, hoc extra casum necessitatis esse illicitum, & hoc colligunt, ex c. *Quem pœnitent*. Et idem sustinet Sapiientissimus Rossignolus de *Pœnit.* part. 1. q. 4. de *Confessione* art. 7. n. 50. & seq. ubi expresse concludit, quod confessio facta absenti per literas, vel per nuntium, si postea penitens accedat Confessarium petens absolutionem eorumdem peccatorum, quæ manifestavit per nuntium, vel literas, valida est, ac sum consequitur effectum, citans ad id Bonacinam, Nugnum, Pitigianum, Madernum, & subdens, quod non est necesse ad valorem Sacramenti, quod peccatorum confessio fiat verbis à penitente prolatis; & ad illud, *ore autem confessio fit ad salutem*, dicit, quod *ibi* est, sermo de confessione fidei, quæ urgente necessitate, verbis proferenda est ad Tyrannorum perfidiam superandam. Et Classicus Theologus noster Henno in *Theologia dogmatica, morali, & scholastica tit. 2. tract. de pœnit. disp. 5. q. 5. concl. 1.* sic expresse tradit. Non est de essentia Confessionis, quod fiat voce, quamquam aliter facta sine ratione sit illicita, quod *ibi* probat, & in fine probationis dicit: Requirit quidem Florentinum confessionem *oris*, sed per illum intelligit confessionem externam, quam vocat confessionem *oris*, eo quod ordinarie fiat voce. Deinde probat secundam partem conclusionis sic: quia, dicit, non est licitum recedere ab ordinaria Ecclesie praxi sine gravi causa, jam autem confessionem *oris* in Ecclesia esse usuale, experientia quotidiana testatur: Nollem tamen condemnare saltem gravis peccati eum, qui peccatis scripto traditis, & à Confessario lectis, diceret: *ego me accuso de omnibus, que in charta legisti*: quia equidem facit confessionem *oris*, & aliorum tantam videtur pati verecundiam apud Confessarium legentem, quantum apud audientem, sed esto minorem pateretur, equidem nihil id confert ad rationem essentialem, & integram Sacramenti; ideo ubi aequalis causa subest, v. g. pudor omnino particularis in exprimendo certo peccato, aut difficultas in loquendo, sic fieri posset sine peccato. Sic ipse expresse. Et Clarissimus Paulus Gabriel Antoine *tract. de pœnit. q. 16.* editionis Romanæ, querens, an Confessio necessario fieri debeat voce respondit: *1. id non erit de essentia Sacramenti; & resp. 2. dicit, non licet absque necessitate aliter, quam voce confiteri; & sic tenent etiam*

Spoter part. 3. sect. 2. q. 3. de Confessione vocali: Layman de Sac. Pœnit. lib. 4. tract. 6. cap. 6. cum Cano, & aliis *ibi* citatis, ac alii passim uno ore fatentes, confessionem *oris* non esse de substantia, ac valore Sacramenti, & consequenter factam scripto, vel nutu, aut signo sufficienti ad hoc ut Confessarius præsens in notitiam peccatorum, aliorumque in penitente requisitorum venire possit, non esse invalidam, exemplificans de casu non habitæ, seu perditæ loquæ, de Confessario advertente, se subito obsurdescere, ut penitentem, qui peccata sua ex scripto legit, aut profert, audire nequeat, nisi etiam adstantes audiant; de puella, quæ præ maxima verecundia certa peccata sua ore explicare non possit, & hujusmodi. Et ratio potissima est, quia Sacramentalis confessio absolute, & secundum essentialiam spectata, consistere potest in quocumque signo proprie accusationis de peccatis in ordine ad absolutionem consequendam: Christus enim confessionem instituendo, ut recte dicit Mastrius loc. cit. num. 471. aliud non voluit, nisi quod homo aliquid signum sensibile faceret, quo sua peccata manifestaret submittendo se Sacerdoti, unde dictum est supra *quart. 16. art. 2. n. 446.* materiam hujus Sacramenti non esse unam in specie, sicut est aqua in baptismo, sed esse unam unitate generica, quia est manifestatio peccatorum per aliquid signum sensibile, sive hoc sit vox, sive scriptum, sive nutus; sed per scriptum hoc totum habetur, per hoc sua manifestat Sacerdoti peccata, & se illi submittit: ergo &c. Tunc autem esset invalida confessio, quando Christus decrevisset solam vocalem confessionem esse signum Sacramentale. Sunt hæc præcisa verba tanti Doctoris, qui jam *quart. 16. art. 2. num. 448.* dixerat præcisè verbis. Ideo enim Concilium Florentinum peccatorum accusationem in hoc foro appellavit *oris* confessionem, quia ordinario modo sic fieri solet, immo debet esse obligatio sic fieri voce ad eum, qui potest, nisi rationabili causa excusetur; non tamen est absolute pro omnibus necessarium, & in quocumque casu; & ideo Concilium Tridentinum ad omnem tollendam ambiguitatem, particulam *oris* omisit, & solum dixit confessionem in genere, & absolute sumptam esse materiam, Roncaglia de *Sacramento Pœnit. tract. 9. cap. 4. quest. 2.* ubi expresse respondet; dubitari non potest, Confessionem factam per scriptum in casu necessitatis Sacerdoti præsentem, esse omnino licitam, ac validam. . . . At extra casum necessitatis illicitum videtur exponere peccata non voce, sed per scripturam, quamvis id non sit de necessitate Sacramenti, ut bene docet S. Thomas *quodlibet. 1. art. 10.* Verum igitur est, non dari expressum præceptum, quod obliget manifestare peccata potius voce, quam scriptura; nihilominus hæc obligatio oritur ex continua praxi, & consuetudine fidelium. . . . Et post pauca subiungit; advertendum tamen, quod cessaret peccatum, dum quis confiteretur per scripturam, non solum in casu physice impotentie, sed etiam impotentia moralis, quando nempe voce fieri non possit Confessario sine magna difficultate, ut si æger non posset nisi ægre verba proferre, si necessitas daretur confitendi Confessario surdastro,

cui manifestari non possent peccata, quin ab illis audirentur; si puella præ maxima verecundia pertimesceret sua peccata voce confiteri. In his casibus sat est peccata scribere, & penitentem dicere Confessario, se accusare de omnibus, quæ in charta exhibitâ continentur. Sic etiam tenet Colet *tract. de Pœnitent. cap. 6. de Confessione pag. 199.* dicens expresse: Constat primo, non esse absolute necessarium, ut confessio fiat voce. 1. Quia Christus tantum intendit, ut peccata Sacerdoti cum dolore declararentur; quod per scriptum, & hanc satis præstari potest. 2. Quia & est Ecclesie praxis, ut multos, qui sufficienter instructi videntur, per signum confitentibus absolvat. Unde Florentinum *oris* Confessionem requirendo, nihil aliud intelligit, quam externi peccati manifestationem, quæ, quia ore fieri consuevit, *oris* vocatur. Constat 2. non modo licitam esse Confessionem nutibus, vel scripto factam, sed necessariam prorsus, quum quis aliter confiteri nequit, quia ex S. Thomas: *Quando non possumus uno modo, debemus secundum quod possumus confiteri.* Et quamvis ipse postea dicat: Constat tertio, graviter peccare, ideoque invalide confiteri, qui extra casum physice, vel moralis impotentie, scripto, aut nutibus, non autem voce confitetur ratione universalis praxis Ecclesie. Subiungit autem, ab ea tamen praxi excusari impotentiam tum physica, tum moralis, quia moralis impotentia, seu necessitas, aut rationabilis causa requiritur, ut intervenit in sensu nostre conclusionis. Ita etiam concludit novissime doctissimus D. de Liguori nell' *istruzione*, & practica per li Confessori italico idioma impressa in Venezia ann. 1759. nella Stamperia Remondini, in qua *tom. 2. cap. 16. ponto 3.* della Confessione dopo aver detto, che la Confessione deve essere vocale, cioè fatta a voce, mentre questo è l' uso comune della Chiesa, non già fatta per segni, o per scrittura, statim subiungit: purchè non vi fosse grave causa v. g. d' una somma, & straordinaria verecundia, o d' impedimento di lingua, & simili, perchè in tal caso basterà, dopo che il Confessore avrà letta la Confessione, che dici il penitente: io m' accuso di tutta quest' peccati: così comunemente Castrop. Cano, Coninc. Tambur. Salmant. sicutque alii passim in sensu meæ conclusionis. Hinc quid dicendum de dicta admiratione & censura Theologi, censeant eruditi satis me, & ipso in intelligentia Canonum peritiores, concludeado interim Ego, ut jam tradidi, quod non facile sunt admitteendi casus de permittenda Confessione per scriptum, ut recte tradit etiam Eminentissimus Cardin. Laureæ *disp. 16. de Pœnit. art. 5. num. 67.* Videatur ad rem *Legenda nostri S. Antonii de Padua*, in cuius prædicatione quidam sic fuit de peccatis compunctus, quod nullum præ gemitibus poterat confiteri. Cui Sanctus: *Vade, & omnia peccata tua, de quibus recordaberis, scribe in scheda, & statim porta mihi.* Quod cum fecisset; omnia celeriter sunt deleta. Sic *ibi* expresse Bollandiste. Videatur etiam inter alios ad rem Eminentissimus Card. Gott. *q. 8. de forma Sacram. Pœnitent. dub. 3. §. 2. num. 4.* in solutionem objectionum. ✽

Pag. 114. col. 2. num. 7.

Si prout inest Summo Pontifici potestas Altaris portatilis privilegium impertiendi, hæc utatur: litteræ, per quas Altare portatile, aut fixum conceditur, locorum Ordinariis erunt presentandæ: qui suæ auctoritatis virtute, tamquam Delegati Regii, invigilare summa cura tenentur, an Disciplina Ecclesiastica, arque Conciliaris dispositio alterationem patiat, & si animadvertitur, curabunt manu Regii Fiscalis notitiam Supremo Castellæ Senatui præbere. (1).

(1) L. 37. tit. 3. lib. 1. cap. 7. Los Breves de dispensas matrimoniales, los de edad, extratemporales, de Oratorios, y otros de semejanze naturaleza, quedan exceptuados de la presentacion general en el Consejo; pero se han de presentar precisamente á los Ordinarios Diocesanos, á fin de que en uso de su autoridad,

Pag. 130. col. 2. lin. 75. Vide leg. 42. & 43. disp. proem. tit. 13. leg. 7. tit. 19. g. tit. 23. & leg. 1. tit. 26. p. 7. in prologo Septem Part. vers. Septenario: p. 1. FERRAR. BIBLIOT. TOM. IX.

Pag. 194. col. 1. ante num. 91.

Non est opus, esto sit conduens, approbationem in scriptis habere, cum nullo jure id præscribat. Qq tur.